



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

27. Aprilis. Hominem usu rationis præditum non solùm ita frænare  
convenit passiones, ne verbo, factóve erumpant in publicum; sed etiam ita  
regere: ut nihil ex impetu, omnia ex ratione operetur. S. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Illi tristentur , qui spem cœli non habent ; qui sese fumis passionum jactandos permiserunt ; nos, quibus cœlum stipulatò promissum est, sinceræ lætitiæ fontem gustamus , quam nemo tollet à nobis, quàm diu corde Deum non sustulerit.

Non contristabit justum , quidquid ei acciderit , quia scit, Deum diligenti omnia in bonum cooperari. Sic tenebræ serviunt luci, & umbra colorem magis spectabilem facit.

27. Aprilis.

*Hominem usu rationis præditum non solum ita franare convenit passiones, ne verbo, factòve erumpant in publicum; sed etiam ita regere: ut nihil ex impetu, omnia ex ratione operetur. S. Ignat. apud Mass.*

**I**nsipiens planè navarchus , qui navim suam ventis & fluctibus permittit, quoquo his libuerit, impellendam. Quem, sic raptata, portum tenebit? Fluctus hi sunt cupiditates tuæ.

Hoc unum hominis à pecude discrimen est, ratione agi, & agere; hoc si desit, nescio, quid hac ille melior sit. Ratio norma sit, se-

cundum quam prudens architectus  
tuæ structuram ducas,

Impetus dux cæcus est, cæca pariter  
luntas : Væ si cæcus cæco ducatum  
stet ! Impetus est equus sine fræno ,  
absque remo ; quorsum ista ? nisi in præ  
pitia, nisi in naufragia ?

Quò certior regula , eò felicius sur  
ædificium. Ratio , quæ te, ac tua dirig  
æterna sit, ab hac nec larum unguem rec  
de. Si te ducant aliæ, seducent.

28. Aprilis.

*Cavete, ne filii hujus sæculi majori curâ,  
solicitudine in caducarum rerum, quàm  
vos æternarum assecutionem incumbat.*  
S. Ignat. Epist. de perf.

**M**isera mortalium conditio ! in  
quæ nocent, semper pronior ! in  
ægris nihil avidius expetimus, quàm quod  
gravissimè officiunt: nec horremus amp  
ius aliquid, quàm quod foret utilissimum.

Labor omnis gratus est, præter illum  
qui virtuti assequendæ impendendus est.  
Fatigia mercatorum, militum pericula,  
dentium vigiliæ, inertia nos convincunt.